



**R. Patris, Francisci Svarez, E Societate Iesv,
Metaphysicarvm Dispvttationvm, In Qvibvs Et Vniversa
Natvralis Theologia Ordinate Traditvr, Et Qvæstiones Ad
omnes duodecim Aristotelis Libros ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ ; [Coloniæ Agrippinæ], 1630

2 Vtrum actio vt sic essentialiter respiciat terminu[m], etiamsi imanens sit,
ideoq[ue] etia[m] illa in hoc prædicamento collocetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94179](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94179)

agens seu ad principium agendi. Hanc conclusionem probat sufficienter ratio dubitandi in principio posita. Cui non obstat ratio in oppositum facta, quia procedit tantum de relationibus prædicamentalibus ut hic. Eandem probant omnia, quæ circa alias sententias dicta sunt. Item, cum actio ut actio dicat egressum vel processum ab agente, concipi non potest sine respectu ad agens: ergo signum est intrinsece dicere respectum ad agens. Præterea actio ut actio denominat agens actu tale, denominatione reali orta ex ipsis rebus, & non propter realem unionem ad ipsum agens ut infra ostendemus, quia alias non esset illa denominatio extrinseca, sed intrinseca: ergo saltem propter habitudinem realem actionis ad agens. Denique infra ostendemus actionem habere realem & essentialem dependentiam à principio agente, & non per aliam dependentiam à se distinctam: alias procederet in infinitum, ut sæpe dictum est: ergo per se ipsam intrinsece: sed non potest iam intrinseca dependentia consistere sine reali habitudine actionis ad agens: ergo includitur hic respectus transcendentalis in essentiali respectu actionis, ut sic.

Tertia assertio.

XVIII. **D**ico tertio: Per hunc respectum actionis ad agens, præcise sumptum, non refertur ipsum agens ad aliud, sed potius ipsa actio respicit agens à quo egreditur. Hæc conclusio partium probata est argumentis factis contra Capreolum & alios citatos in tertia sententia. Et præterea potest breviter suaderi, quia ipsum agens potius est terminus huius respectus: nam ipsum respicit actio, quatenus talem respectum includit. Ut vero amplius declaretur, advertendum est, duobus modis intelligi posse, agens ut agens refertur ad aliud, seu ad terminum vel effectum suum: primo respectu transcendentali, quatenus causa est in actu secundum relationem prædicamentalem inde resultante. De hac posteriori relatione est evidens conclusio posita, & eam maxime probant argumenta facta. De transcendentali vero respectu est ulterius animadvertendum, posse concipi talem respectum ipsius agentis ad actionem suam: nam hæc vere ac realiter ab ipso egreditur, & potest aliquo modo computari inter effectus eius: tamen hoc modo re vera nullus est novus respectus transcendentalis in ipso agente ad suam actionem præter eum (si quis est) qui in ipsamet potentia agendi essentialiter imbitur: quia inter ipsam potentiam & actionem eius non interponitur aliqua alia res vel realis modus, in cuius intrinseca ratione talis respectus includatur. Non ergo est in agente novus aliquis respectus transcendentalis ad suam actionem, sed actio potius refertur ad ipsum, & inde denominatur agens in actu.

XIX. **A**lio vero modo intelligi potest agens ut agens refertur transcendentaliter ad suum effectum: neque enim potest intelligi agens nisi aliquid agat, ut sequenti sectione latius dicemus: Nihilominus tamen, si proprie loquamur, potius dicendum est agens denominari, ac si referretur transcendentaliter in terminum, quam referri in illum, quia nihil refertur nisi per respectum, quem in se habet: agens vero ut agens non habet in se illum respectum, sed denominatur ab actione, quæ illum respectum habet. Vnde in hoc ipso est ulterius considerandum, actionem non respicere agens sine respectu ad terminum, ut sequenti sectione ostenderetur, nihilominus tamen abstractione præcisa posse nos unum respectum præscindere ab alio: sicut nunc in ipsamet explicatione illos præscindimus: & ideo consideratè dixi in assertione per hunc respectum præcise sumptum, quem actio habet ad agens, non referre illud, sed quasi informare vel denominare: quanquam actio secundum totum quod includit, dici possit referre, & quasi ordinare agens ad effectum quamvis, ut dixi, illud sit magis denominare.

Tom. II. Metaphys.

ut relatum, quam referre. Maxime in actione transeunte, ut sectione tertia declarabimus, ex qua magis constabit qualis, sit hic respectus actionis ad agens.

Quarta assertio.

Velimo dicitur, & colligitur ex dictis, actionem ut actio est, recte dici posse ultimum actum potentie actiue, & exercitium eius, dummodo non intelligatur de actu intrinseco & informante, sed absolute de actu dimanante à potentia, siue illam informet siue non. Eo enim modo, quæ potentia actiua dicitur potentia, quamvis potius sit quidam actus, actio ab illa manans potest dici actus eius non ut subiecti, sed ut principii à quo est: hic enim est essentialis respectus actionis ut sic. Vnde ex ipso respectu, quem dixi habere actionem ad suum principium, sequitur, comparari ad illud ut actum ab eo egredientem. Item quia actio, est id, quod proxime egreditur à potentia actiua, recte dicitur exercitium eius, & eodem sensu dicitur veluti extrinseca quædam actiua eius. Item actio est ipsa causalitas causæ efficientis, per quæ constituitur actu causans: causalitas autem constituit causam in actu: ergo sub ratione potest dici actus eius, saltem extrinsecus. Neque huic obstat, quod supra diximus, actionem in re non esse aliud quam dependentiam effectus à causa: quia ipsamet dependentia essentialiter respicit suum principium, & ratione huius respectus dicitur esse exercitium & actualitas quædam extrinseca ipsius potentie actiue.

SECTIO II.

Verum actio, ut actio, essentialiter respiciat aliquem terminum, etiam si immanens sit, ideoque etiam illa in hoc prædicamento collocetur.



In hac sectione declaranda est amplius essentia actionis, & simul attingenda prima ac præcipua divisio eius in actionem immanentem & transeuntem. Vocamus autem hoc loco actionem transeuntem, illam quæ habet effectum extra ipsum agens, siue ipsamet sit etiam extra illud, siue non: hoc enim postea videndum est. Et contrario vero actionem immanentem vocamus, quæ nullum effectum extra agens habet, de qua extra controverliam est, esse in agente ipso.

Prima sententia de termino actionis.

Estigitur multorum sententia de ratione actionis, quæ proprie est genus quoddam accidentis ab aliis distinctum, esse ut tendat in aliquem terminum, quem proinde transcendentaliter respiciat, id tamen non esse de ratione omnis actionis, id est, omnis causalitatis actiue quæ sit actualitas seu exercitium potentie actiue. Hanc opinionem tenent multi Thomistæ, præsertim Soncin. 5. Metaphysic. q. 26. Cuius fundamentum est, quia in prædicamento actionis sunt actiones transeuntes, quas necesse est habere aliquem terminum seu effectum, ad quem tendant, quia in hoc consistit earum ratio, ob quam transeuntes dicuntur: actiones vero immanentes non ponuntur in genere actionis, sed sunt qualitates quædam, ut idem author latius probat libro 9. Metaphysic. q. 21. & ideo necesse non est ut talis actio habeat terminum à se distinctum. Et quia in priori parte non est controverlia, posterior probatur primo ex Aristotele nono Metaphysicorum capite 9. textu 16. ubi hoc discrimen constituitur, inter actionem transeuntem & im-

manentem, quod per illam aliquid fit, non vero per hanc, quod est dicere, actionem immanentem non esse propriam actionem, quæ sit de genere actionis.

III.

Secundo argumentatur Soncin. quia omnis actio de genere actionis est successiva, nam omnis actio est motus, ut dicitur 3. Phys. text. 19. constat ex libro de Anim. & supra etiam tactum est, cum de intensione qualitarum ageremus: ergo talis actio non est vera actio de genere actionis. Quod si infites, quia hinc sequitur illuminationem non esse veram actionem, concedit Soncin. sequelam, unde multo magis idem diceret de generatione substantiali.

IV.

Tertio, quia omnis actio infert ex se passionem, ut etiam constat ex 3. Physic. sed actiones immanentes non inferunt passionem in id, circa quam versantur, nam visio non immutat visibile circa quod versatur. Et hinc etiam fit ut talis actio non possit respicere terminum qui per illam fiat, quia nunquam actio habet talem terminum, nisi quatenus transmutat id circa quod versatur, ut talem terminum respicias: sed per actionem immanentem non transmutatur propria materia eius, quæ est obiectum eius: ergo per talem actionem nihil fit. Et confirmatur, quia potentia ætterna est principium transmutandi aliud in quantum aliud: ergo actio propria est, qua aliud transmutatur: per actum autem immanentem non transmutatur aliud, ut ostensum est. Quarto argumentatur: quia actio immanens est perfectio agentis, cum in tali actione interdum consistat beatitudo operantis, sed nulla propria actio prædicamentalis est perfectio agentis, quia ignis calefaciendo non perficitur per actionem suam: ergo.

Secunda sententia collocans actiones immanentes in prædicamento actionis etiam si termino careant.

V.

Secunda sententia negat esse de intrinseca essentia actionis ut sic habere terminum qui per eam fiat ad quem dicit respectum, de essentia (inquam) actionis quatenus est proprium quoddam genus summum ab aliis distinctum, quia sub eo genere quædam sunt actiones habentes terminum, alæ non habentes. Habentes terminum sunt actiones transeuntes, in quo hæc sententia convenit cum præcedenti. Quæ vero non habent terminum, sunt actiones immanentes, de quibus longe diverso modo sentit hæc sententia quæ præcedens: existimat enim has actiones immanentes esse propriissimas actiones de genere & prædicamentis actionis, esse tamen puras actiones, quæ nullum terminum intrinsecum, per se loquendo producant, sed immediate per se attingunt sua obiecta. Ita sentiunt de actionibus immanensibus multi ex discipulis Divi Thomæ: nam licet peculiariter tribuat intellectioni quod producat verbum tanquam intrinsecum effectum, tamen nec similem aut proportionalem effectum tribuant omni actioni immanenti, nam in actionibus sensuum, & utriusque appetitus id fere omnes negant. Neque inter se conveniunt in attribuendo illo effectui omni intellectioni, nam quidam solum propter absentiam obiecti in quibusdam intellectibus illum effectum requirunt. Nec denique videntur ponere illud verbum per modum proprii termini intellectus ut actionis producentis, quia docent verbum & intellectum esse res omnino distinctas, quod repugnat actioni & proprio & termino intrinseco, quia actio solum potest esse modus illius rei, quæ est terminus, non res realiter distincta, ut supra probatum est disputando de causalitate effectiva. Est ergo eorum sententia, actionem immanentem ut sic per se nihil producere, quod sit proprius terminus eius, sed esse puram actionem, quam vis interdum ex illa aliquis effectus resultet. Ita sen-

Cat. 2. p.
q. 27. a. 1.
du. 1. c. 3.
Per 1. con.
Gen. c. 53.
Cap. in 1.
d. 27. A.
q. 2.

tiant citati Thomistæ, & alii moderni interpretes Divi Thomæ in prima parte questione vigesima septima, art. 1. & lauel. 9. Metaph. quest. 16. ubi non numerat alios effectus actionum immanentium, nisi habitus, ad quos potius comparantur ut principia agendi, quam ut actiones, in quo satis declarat illas actiones non habere terminos extrinsecos proprie dictos.

Fundamentum primum ac præcipuum huius sententiæ est testimonium Philosophi 9. Met. text. 16. dicentis, quædam esse actiones, quarum non est aliud aliud opus præter ipsam actionem, quas omnes intelligunt esse actiones immanentes, ut patet ex Comment. D. Thomæ, & aliis. Ergo non est de ratione actionis, ut sic habere terminum intrinsecum, ad quæ ut ad proprium finem & perfectionem tendat. Secundo fieri potest inductio, nam visio corporalis nihil producit in obiecto, neque in ipsomet vidente præter se ipsam: nulla enim est ratio fingendi vel multiplicandi aliquid aliud per illam actionem productam, & idem de actibus aliorum sensuum, & de actu mandandi, & similibus. Tertio potest adiungi hæc ratio, quia hæc actiones non sunt à natura institutæ ad aliquid producendum, neque ut agens per illas communicet suum esse, sed ut per eas potentia sese uniât obiectis suis: ergo sine causa tribuitur his actionibus, quod aliquid producant. Vbi etiam applicari potest illud axioma, non esse multiplicandas res absque necessitate.

Tertia sententia in omni actione terminum requirens.

Tertia sententia est, de ratione actionis ut sic esse, quod habeat terminum quem intrinsece respiciat, idque proinde commune esse omni actioni, quæ à vera causa efficiendi proficiatur. Hæc est communior sententia Theologorum in 1. distinct. 27. præsertim Durandi, & Gabriel 9. questione 2. sumiturque ex Scoto questione 3. & quodlib. 8. & ex Bonaventura in 1. distinct. 3. articulo 1. questione 1. ad ultimum, & ex Anton. Andr. 9. Metaphysicor. questione 4. & aliis circa citatum textum Aristotelis. Et hanc sententiam existimo omnino veram. Et quoniam, ut dixi, de actione transeunte nulla est controversia, declaranda prius est veritas huius sententiæ in actione immanente, & deinde confirmabitur absolute de actione, ut sic.

Refellitur quedam distinctio Hernei de actione.

Ante omnia vero cavenda est æquivoçatio de actione immanente & transeunte, quod introduxit Hervæus quodlib. 2. questione 3. referuntque & impugnant Soncinas & lauellus locis citatis. Dixit enim Hervæus, operationem immanentem non esse effectivam, neque esse ullam causalitatem causæ efficientis, quæ esse possit actio immanens, quia putat hoc repugnare definitioni potentia actiæ, scilicet, quod est principium transmutandi aliud in quantum aliud. At ergo, actionem vel operationem immanentem solum dici posse de causalitate formæ vel materia, fortasse quia hæc causæ ita causant, ut manent in ipso effectui. Veruntamen merito improbat hanc sententiam. Primum, quod causalitates materiae & formæ actiones immanentes vocet, cum re vera actiones non sint alioquin, si ita licet abuti terminis, vix possumus auctores & Philosophos intelligere: Philosophi autem, & Theologi omnes, cum loquuntur de actione immanente, nunquam intelligunt causalitatem materiae & formæ, sed actus potentiarum vitalium, qui ab ipsis effectivæ sunt. Secundum est, quod falso negat aliquam propriam effecti-

fectionem esse vere immanentem, cum id omnes doceant de actibus vitalibus, & non repugnet aliqua potentiam agere in seipsam, siue illa sit partialis principii agendi, siue totale proximum, aut virtuale, de quo in superioribus late disputatum est. Hic ergo per actionem immanentem intelligimus veram ac propriam efficientiam quorundam actuum, qui manent in ipsis potentiis, à quibus fiunt, easque informant.

Dependentia actuum immanentium à suis potentiis exponitur.

IX. Secundo suppono hos actus immanentes & esse veras qualitates, & effectiue fieri à suis potentiis. Prior pars communis est, ut supra visum est, cum de speciebus qualitatis ageremus. Posterior vero pars certissima est, nam licet sit controuersia, an potentia absoluta possint hi actus immanentes & vitales constitueri potentias animarum in actu secundo, si ab eis effectiue non fiant, tamen saltem est certum, ex natura rei non posse hominem cognoscere vel amare his actibus, non nisi eos efficiendo in ipsis potentiis, quibus cognoscit vel amat. Et de actibus liberis cense, etiam certum, nec de potentia absoluta posse liberos esse, nisi effectiue fiant à potentia libera, cuius sunt actus, ut in superioribus tactum est. Atque hinc sequitur in his actibus non solum esse qualitates ipsas, sed etiam dependentiam effectiuam earum à suis potentiis, & causalitatem effectiuam potentiarum in ipsas, quia hæ potentie vere efficiunt has qualitates: ergo sunt vere cause efficientes earum: ergo habent vnam causalitatem effectiuam in ipsas: ergo & ipsæ vere pendunt effectiue à potentiis tanquam proprii effectus earum. Omnes n. hæ consequentie sunt euidentiores ex illo antecedente: imo vix ei aliquid addunt, præter maiorem eorundem terminorum vel correlatiuorum explicationem.

X. Posset autem aliquis dubitare, an dependentia huius qualitatis à sua potentia sit aliquid ex natura rei distinctum à tali qualitate. Et quidem si auctores primæ opinionis in aliquo sensu probabiliter loqui potuerunt, nullus alius videtur esse, nisi quod hæ qualitates per se ipsas immedie, absque actione media, ex natura rei ab eis distincta egrediatur à suis potentiis. Hoc enim supposito probabiliter negatur, in effectione earum interuenire proprias actiones de predicamento actionis, quia in eis efficiendis non mediat actio propria. Et eadem ratione dicuntur esse puræ qualitates, & non actiones, nisi æquiuocè, vel, ut alii loquuntur, Grammaticales, quia significantur per modum actionis tendentis in obiectum, ut in terminum, cum tamen in illud nihil producant. Vel certe dici possunt eminenter actiones, quia vere efficiuntur non per actionem formalem, sed per aliquid eminentius actione: Ac denique iuxta hanc sententiam optime saluatur dependentia essentialis horum actuum à suis potentiis: nam si sunt puræ qualitates, & per se ipsas formalissime tales qualitates sunt & pendent actiue à suis potentiis, impossibile est illas qualitates esse in rerum natura, sine tali dependentia. Nam si sint in rerum natura sine tali dependentia, illud erit sufficiens argumentum, quod dependentia illa non sit essentialis, sed sit aliquid ex natura rei distinctum ab ipsis qualitatibus, ut qualitates sunt.

XI. Atque illa sententia in hunc modum explicata non est omnino improbabilis, tamen ex illa non potest colligi, dari actionem sine termino, sed potius colligendum esse dari terminum sine actione (si ita loqui licet): nam datur qualitas vere producta & facta, sine actione media. Nihil tamen probari non potest hæc sententia. Primo, quia dicit aliquid singulare vel notum in his actibus sine sufficienti fundamento. Nam efficientia horum actuum non est impropria per a-

Tom. II. Metaphys.

liquam resultantiam, sed est maxime propria & per se: nam sicut alie virtutes actiue, dum proprie agunt se explicant in suis actionibus, ita hæ potentie in suis actibus. Neque etiam efficiunt hæ potentie hos actus per alios priores actus immanentes, ut dicamus priores esse veluti eminentes actiones posteriorum, sicut philosophatur multi de actionibus Dei ad extra: sed hi actus per se loquendo, manant à suis potentiis sine interuentu aliorum actuum immanentium, qui sint qualitates distinctæ: esset enim processus in infinitum. Nunquam enim inuenitur propria efficientia virtutis actiue in effectum, sine media actione: id ergo tribuere his actibus singulare est, cum tamen in eis nihil sit singulare, ob quod id asseratur. Quia quod tales actus continue pendent ab influxu potentie, nullum argumentum est, nam etiam lumen pedit ab illo modo ab illuminante, & multo magis omnes creaturæ à Deo & nihilominus in his efficientiis intercedit vera actio. Illa vero essentialis dependentia, quæ tanta sit, ut hæ qualitates nullo alio modo fieri possint, gratis & sine fundamento asseritur.

In actibus immanentibus proprias actiones predicamentales interuenire ostenditur.

XII. Quapropter ex opposito principio longe probabilius esse censeo, etiam in his qualitatibus distinguere ex natura rei dependentiam & emanationem actiuam ab ipsis qualitatibus, & consequenter intercedere in effectione horum actuum veras & predicamentales actiones habentes proprios & intrinsecos terminos per ipsas productos, qui sunt ipsimet actus, ut sunt qualitates quædam informantes suas potentias. Probo singula, & primo, quia hi actus non habeant dictam essentialem, & immutabilem dependentiam à suis potentiis, quia nulla res creata habens propriam entitatem, & proprium esse realiter distinctum ab aliis habet tantam dependentiam, ab alia creatura, ut non possit à solo Deo fieri sine adminiculo vel consortio creaturæ cum ipso efficientis: hoc enim pertinet ad omnipotentiam Dei, & in hoc fundatur illud principium: *Quidquid potest facere cum causa secunda, potest facere se solo.* Et ratio à priori est, quia cum Deus solus sit ipsum esse per essentiam eminenter continens omne esse participabile, per se solus est sufficiens principium actuum cuiuslibet esse. Potest ergo Deus efficere hos actus, quatenus sunt quædam qualitates, si ne cōcursum actuum potentiarum, siue illos efficiat informantes potentias, siue non, hoc enim est alterius speculationis: ergo dependentia harum qualitatuum à potentiis non est de essentia, & entitate harum qualitatuum: ergo est aliquis modus ex natura rei distinctus ab ipsis. Vnde mihi sane non videtur consequenter loqui Soncin. §. Met. q. 20. ad 4. dum ex professio probat non esse de ratione actus immanents effectiue esse à potentia in qua est, quia potest Deus se solo, non cōcurrente alio principio actiuo, causare in intellectu intellectionem: & statim q. 21. negat actiones immanentes esse veras actiones, quia negare non potest, has qualitates, quas dicit esse actus immanentes, de facto fieri à suis potentiis: ergo si fiunt: & hoc non est de ratione earum, est aliquid medians inter ipsas & potentias à quibus fiunt, quod non potest esse nisi dependentia & actio.

Præterea, quamuis daretur has qualitates essentialiter pendere à suis potentiis, non tamen probari potest, necque est verum, quod pendent per suam entitatem, eadem immutabili dependentia, quia vnusmet actus immanens potest fieri à sua potentia diuersis modis, ut v.g. cum concursu habitus, aut sine illo, vel media hac specie intelligibili aut alia, & cum auxilio Dei, vel cum alio, maxime in supernaturalibus actibus & iuxta hos diuersos modos efficien-

Aaa 3 ficien-

ficiendi ne esse est variari actionem, & dependentiam, etiam si non varietur qualitas ipsa, quia quacunque ratione varietur agens, variatur actio, etiam si non varietur effectus, ut constat ex dictis de causa efficiente, & in seq. sect. aliquid etiam attingemus. Quacunque autem ratione possit in re ipsa variari dependentia in eadem qualitate, est signum certissimum, illam dependentiam esse in re distinctam à tali qualitate, & habere veram & propriam rationem actionis. Igitur etiam in qualitatibus illis distinguenda est ex natura rei vera actio, quæ sit causalitas potentie efficientis talem qualitatem. Unde etiam constat, illam actionem ut actio est non esse de genere qualitatis, quia est tendentia ad qualitatem, ex natura rei distincta ab illa & est vera causalitas actiua constituens suo modo causam agentem in actu secundo respectu effectus, qui effectus formalis non pertinet ad qualitatem. Erit ergo illa propria actio de prædicamento actionis, quia ad hoc sufficienter convenit enim habet cum aliis actionibus, & quia non est aliud prædicamentum in quo ut sic collocetur.

XIV.

Addenihil obstat quo minus talis emanatio ab agente non pertineat ad hoc prædicamentum, nam quod sit momentanea, vel quod semper duret cum termino non obstat, ut patet in illuminatione, & quia hæc non diminuat, sed perficiunt potius rationem actionis. Quod vero talis actio immanens sit, minus potest obstat, cum ostensum sit habere verum terminum, & esse verum fluxum ab agente in passum. At vero quod agens & passum sint distincta, necne, impertinet, ut inde tollatur ratio actionis prædicamentalis, ut suo etiam modo patet in nutritione, motu progressivo, & similibus, licet non tam perfecte. Et hæc sententia est magis consentanea Aristoteli 9. Metaph. cap. 6. & Ethic. c. 4. & 1. Magn. Moral. c. ult. ubi distinguit actionem in immanentem & transsemitem, & ubique hac ratione actus immanentes vocat actiones vel operationes, ut patet etiam ex 10. Ethic. c. 3. 4. 5. & 6. quibus locis, eodem modo loquuntur veteres eius interpretes. Item in prædicamento c. de actione inter res illius prædicamenti ponit, affici dolore & voluptate, quæ sunt actiones immanentes. Unde etiam Simplicius in tract. de sex. princip. ait ex Archita Tarentino in prædicamento actionis collocari, tam actiones rerum inanimatarum, quam viventium, atque etiam ipsius hominis: quam sententiam habet etiam Alber. ibi. Non est autem dubium quin inter actiones animalium, & hominis comprehendantur immanentes. Quapropter cum aliqui auctores dicunt actus immanentes non esse actiones nisi in modo significandi, vel loquuntur de actibus immanentibus ut sunt qualitates quædam, quia etiam ut sic solent significari per modum actionum propter tendentiam in obiectum, & ita actus intelligendi dicitur intellectio, & volendi volitio: vel certe aliqui auctores non satis considerant propriam actionem, quæ in effectione harum qualitatum interuenit.

XV.

Tandem constat ex his omnibus, si actiones immanentes sumantur ut vere actiones sunt non carete termino intrinseco ad quem tendant, ut ad proprium finem & perfectionem suam. Probatum ex dictis, quia tendunt in ipso finem actus, ut qualitates sunt, sicut illuminatio tendit in lumen, & calefactio in calorem.

Questionis resolutio, non esse actionem sine termino.

XVI.

Ultimo ex his, quæ dicta sunt de actione immanente, facile constat quid de tota questione, & de actione ut sic respondendum sit. Dico enim, de ratione intrinseca actionis ut sic, & omnis actionis esse, ut habeat intrinsecum terminum ad quem tendat, ut producendum per ipsam, & consequenter, in essentiali & completo conceptu actionis includi tran-

sendentem respectum ad huiusmodi terminum. Prior pars probatur primo inductione, nam omnis actio transiens habet huiusmodi terminum, ut est extra controuersiam, & omnis etiam actio immanens illum habet, ut ostensum est, & præter hæc non est aliud genus actionis: ergo omnis actio habet huiusmodi terminum: ergo signum est hoc esse de ratione actionis ut actio est. Secundo est, ratio à priori, quia actio ut actio, si sit vera ac propria, nihil aliud est quàm productio, aut effectio, aut causalitas efficientis causæ: sed impossibile est vel mente concipere veram productionem, quin per eam aliquid sit productum vel causalitatem actualem sive re aliqua causata: ergo impossibile est etiam intelligere actionem sine termino.

XVII.

Tertio: si quæ essent actiones sine termino, maxime immanentes, sed hæc non, tum quia ostensum est, illas esse qualitates, quæ habere possint propriam rationem termini producti per propriam actionem, etiam si talis actio in agente maneat, & inde immanens vocetur. Tum etiam, quia si actus immanens esset pura actio, esset immutabilis & inuariabilis, nec posset fieri nisi à tali agente, quod ostendimus non esse verum de toto actu immanente: etiam si de actione ut sic verificari possit: ergo in tota illa entitate quæ est actus immanens, inuenitur aliquid quod per varias actiones fieri potest: ergo illud habet rationem, terminum, etiam respectu actionis immanens. Tum præterea, quia nihil est in his actionibus propter quod censenda sint carere terminis, ut patet ex solutionibus argumentorum, & nunc solum declaratur ex generali ac præcisa ratione actionis immanens. Nam vel explicatur eius ratio per hoc, quod maneat in agente, & hinc non excluditur terminus, nam si ipse terminus etiam maneat in agente, tota actio erit immanens. Vel explicatur per hoc, quod sit actio vitalis quæ requirit actualem & permanentem efficientiam: & hinc etiam non excluditur terminus, nam potest esse talis, ut natura sua postulet actualem & permanentem efficientiam seu influxum sui principii. Sic ut lumen etiam postulat perpetuo conservari à suo agente, & nihilominus est terminus propriæ actionis, & actiones animæ vegetatiuæ sunt etiam vitales, & requirunt actualem influxum principii, & nihilominus proprios habent terminos. Vel denique explicatur per hoc, quod actio immanens versatur circa extrinsecum obiectum quod non immutat, & hoc non excludit etiam terminum internum, nam obiectum tantum est materia circa quam, quæ non pertinet ad propriam materiem causam, materia autem ex qua, quæ propriam rationem causæ habet circa talem actionem, est subiectum ipsum in quo talis actio recipitur & illud vere immutat, & ita in illo potest habere proprium & intrinsecum terminum: nihil ergo est, cur negemus his actionibus proprios terminos. Est ergo de ratione actionis, ut sic habere terminum.

XVIII.

Quod potest ultimo ita declarari, nam actio ut actio non dicit formam, quæ habeat propriam entitatem, sed modum alicuius forme vel entitatis, nimirum dependentiam eius ab agente: de ratione autem modi est, ut sit alicuius rei modus, neque aliter reperiri possit: ergo in præsentia dependentia non potest esse nisi alicuius quod pendeat, & illud vocamus terminum actionis, seu dependentie, prout est ab agente. Dices, ipsam dependentiam pendere per se ipsam & ideo non semper egere termino, qui per ipsam pendeat. Respondeo, nullum modum, immo neque formam simplicem esse posse propter se ipsam tantum aut primario, id est ut aliquo modo paricipet suum quasi effectum vel denominationem, sed per se ac directe est, ut aliud informet, vel quasi tendat in aliud: quod si ipsa aliquo modo participet illam denominationem, est quasi consequenter seu concomitanter. Exemplis res declaratur, nam in-

XX.
Aristoteles
quid sit
in se, sit

XXI.

reflectio, & volitio, quia est actus per se tendens in obiectum, non potest sistere (vt ita dicam) in se, quo modo dixit D. Thom. 1. 2. questione 1. artic. 1. ad 1. eundem, impossibile est vt primum amabile sit ipse amor, vt primum visibile ipsa visio: quia omnis visio est alicuius obiecti visibilis: vnde licet vnus actus immanens possit versari circa alium vt obiectum, non tamen circa se, & licet fortasse idem actus intellectus & voluntatis aliquo modo reflectatur in se, non tamen potest ita in se sistere, quin in aliquod obiectum directe tendat. Similiter quantitas, licet aliquo modo se ipsa sit quanta, non tamen potest in se sistere, sed ad aliquid præter ipsam ordinatur, vt illud quantum reddat, nimirum substantiam. Item, vna relatio, si vt multi volunt, non refertur per aliam per alteram relationem, sed per se ipsam, non potest ad hoc solum esse, vt referatur per se ipsam ad aliam sed necesse est, vt aliquid aliud referat ad suum proprium terminum. Sic ergo, licet dependentia se ipsa pendeat, & actio se ipsa fiat, non potest dari dependentia, quæ in hoc tantum sistat, vt ipsa pendeat, neque actio, quæ in hoc tantum sistat, vt ipsa fiat, quia tanta necessitas actionis & productionis est, vt per eam aliud fiat.

XIX.

Atque hinc manet satis probata posterior pars asseritionis, nimirum, actionem essentialiter includere transcendentem ordinem ad suum terminum, quia natura sua non est ad aliud instituta, nisi vt illum tendat, eumque in rerum natura constituat. Quod etiam probari potest ex generali ratione modi nam omnis modus dicit transcendentem habitudinem ad id cuius est modus, sed actio non est, nisi quidam modus ipsius termini, illum constituit dependentem a sua causa, ergo intrinsece includit prædictam habitudinem ad illum. Sed quæres, qualis sit hæc habitudo, an sit per modum accidentis ad subiectum, vel per modum causæ ad effectum. Respondetur neutro modo esse, si proprie loquamur. Non quidem accidentis, quia accidens supponit subiectum esse, & ab eo causatur, saltem materialiter: actio vero nec supponit terminum, neque ab eo causatur, proprie loquendo & præcipue materialiter. Non est etiam habitudo causæ eam maxime efficientis: actio vero non est proprie causa efficiens, sed est causalitas efficientis. Vnde reductiue quidem reduci potest ad hoc genus causæ, ratione cuius & actio dicitur esse prior natura termino, & verificatur hæc causalis loquutio, quia res producit, est. Proprie tamen illa habitudo est viæ ad terminum, seu causalitatis ad effectum: quomodo seruata proportionem, vno respicit vnitum, seu compositum, quod ex vniione resultat.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

XX.

Argumenta
quid in hoc
inferri.

Argumenta primæ opinionis responderetur. Ad primum ex testimonio Aristotelis dicitur, Aristotelis sententiam non esse, per has actiones immanentes nihil fieri, sed vel nihil fieri extra ipsum operantem, vel (quod magis existimo) nihil fieri, quod maneat transacta actione: & hoc modo ait huiusmodi actionem consistere in ipso vsu. Quomodo? Ethicorum capite primo, ait in nonnullis artibus operationes esse fines, & non aliquid per eas factum, vt in arte cytharizandi: quod necessario intelligendum est de termino facto & permanente, qui manet post actionem, vt supra declarauimus tractando de causa finali. Sic ergo dicitur, per actiones immanentes nihil factum relinqui, quia per illas nihil fit, quod illis finis maneat.

XXI.

Dices: Ergo nulla est differentia in hoc inter actiones immanentes & transeuntes, nam etiam inter actiones transeuntes dantur aliquæ, quibus nihil per eas factum respondet quod eis finis maneat, vt patet in exemplo posito de actione cytharizandi, vel

cantandi: & de conuerso per aliquos actus immanentes producit aliquod permanens transacto actu, vt habitus, qui per actum interdum producit. Respondetur, ab hac vltima parte incipiendo, nullam esse actionem immanentem, per quam proprie & per se fiat aliquid permanens post eam, nam habitus non fit per actionem vt actio est, sed fit per intrinsecum terminum actionis immanentis, id est, per qualitatem illam, quæ est actus secundus, & vltimus potentie. Vnde non fit habitus per actum immanentem illo modo sumptum tanquam per actum, sed tanquam per principium agendi, vt supra declaratum est, nam actio illa qua immediate fit habitus, & ad illum proxime terminatur, cum ipso inter habitum identitatur, & modus eius, sicut in vniuersum omnis actio est in suo proprio termino. Differentia ergo consistit in hoc quod actio immanens non habet vnquam terminum permanentem post ipsam: actio vero transeuntes regulariter illum habet, quanquam interdum ac raro aliter eueniat. In quo etiam est differentia, nam quando id, quod fit per actionem transeuntem, non permanet, solum transeunt est ob imperfectionem, vel imperfectam participationem, ratione cuius non potest permanere, nisi actu conseruetur: sic sonus, qui est terminus factus per actionem cytharizandi aut cantandi, non permanet ob imperfectionem suam, & lumen & similia. At vero in actibus immanentibus & vitalibus id prouenit ex peculiari quadam natura pertinet ad perfectionem: sunt enim vltimi actus vite, & ideo permanere non possunt sine actuali influxu principii vitalis.

Ad secundum responderetur, omnino falsam esse assumptionem, nam sub genere actionis non tantum successiuæ actiones, sed etiam instantaneæ collocantur. Quod satis probat argumentum illud factum de illuminatione, quam mirum est, quomodo Soncinas negat sub hoc genere collocari, cum negare possit esse veram accidentalem actionem productiuam proprii termini, quia si in hoc genere non collocatur, in quo prædicamento erit? Nam si fortasse Soncinas dicat illuminationem reduci ad prædicamentum qualitatis ubi est lumen, cur non dicet idem de calefactione? Aut cur potius actio successiuæ suum prædicamentum per se constituit, quæ actio instantaneæ? Nullam sane probabilem rationem reddere potest. Maxime, quod multi censent, actiones ex hoc præcise, quod vna sit successiuæ, & alia tota simul, non necessario habere essentialem & specificam distinctionem, si aliunde maiorem differentiam non habeant: Nam sicut calefactio vt octo ex eo quod longiori aut breviori tempore fiat, non est diuersa actio in specie, imo neq. in re vna est maior actio quæ alia, id est, plus aut minus entitatis habens in ratione actionis quia æqualem terminum faciunt licet tardius vel celerius faciant, quod accidentale est: ita licet tota illa calefactio fiat in instanti (vt fieri potest, si passum nullam habeat resistentiam) non erit actio essentialiter diuersa, sed erit tantum (vt sic dicam) celerissima seu velocissima actio illius speciei, & ad illum terminum. De qua re nonnulla addemus sect. sequenti: quidquid enim de hoc vltimo puncto sit, non est dubium quin actio instantaneæ, veræ actio sit de prædicamento actionis.

Ad argumentum autem in contrarium, scilicet, quia omnis actio est motus, responderetur negando illam propositionem metaphysice sumptam: deficit enim vt minimum in actione creatura, vt supra visum est, & attingemus hæc iterum sectione 4. At vero sumendo illam physice, id est, de actione physica, est verum proportionem, & loquendo identice, magis quam formaliter secundum conceptus præcisos metris, nam actio successiuæ est motus successiuus, actio vero instantaneæ est mutatio instantaneæ quæ late loquendo etiam solet motus appellari: & ita fortasse lo-

Aaa 4

cutus

Qua si
quæ ad hoc
differentia
inter im-
manentes
actiones &
per actionem
transeuntem,
non permanet,
solum transeunt
est ob imperfectionem,
vel imperfectam participa-
tionem, ratione
cuius non potest
permanere, nisi
actu conseruetur:
sic sonus, qui est
terminus factus
per actionem cytharizandi
aut cantandi, non per-
manet ob imperfectionem
suam, & lumen & similia.
At vero in actibus immanen-
tibus & vitalibus id prouenit
ex peculiari quadam natura
pertinet ad perfectionem:
sunt enim vltimi actus vite,
& ideo permanere non possunt
sine actuali influxu principii
vitalis.

XXII.

Actiones in
instantaneæ
sunt in
prædicamento
to actionis.

XXIII.

Actio im-
manens an sit
motus.

XXIV.
Num om-
nis actio in-
ferat passio-
nem.

cutus est Arist. in 3. Physic. 3. Quamvis ex eo loco po-
tius sumendum sit, omnem motum esse actionem,
quam e conuerso omnem actionem esse motum.

Ad tertium, idem dicendum est de illa propositione,
Actio inferat se passionem: est enim vera de actio-
ne Physica, non de actione absoluta. Et quamvis a-
ctio immanens. Metaphysica potius dicenda sit, quam
Physica, quia ex vi sui generis abstrahit à materia se-
cundum esse, tamen ex ea parte, quia conuenit cum
actione physica in eo, quod sit ex subiecto, verū ha-
bet illud principium, etiam in actione immanente.
Male autem comparatur hæc actio ad obiectum, in
quod nullam inferat passionem, quia tantum est de
ratione actionis, ut inferat passionem in subiectum,
in quo ipsa est: vel ut formaliter loquamur in subie-
cto, in quo est terminus eius: hoc autem modo actio
immanens inferat passionem in ipsum operans. Male
item committitur æquiuocatio de materia circa quā
& ex qua: non enim oportet, ut actio inferat passio-
nem in materiam circa quam ut in subiectum, sed in
materiam in qua, vel ex qua, ut est subiectum. Ad
confirmationem autem ex definitione potentie a-
ctiue, si argumentum quicquam valeret, probaret
potentias à quibus manant actus immanentes, non
esse potentias actiue, quia non transmutant aliud:
necesse ergo exponenda est illa definitio, vel de
potentiis, quæ agunt actione transeunte & Physica,
vel, si in vniuersum intelligenda est de potentia trans-
mutandi subiectum, illa particula *aliud in quantum a-*
liud, non est intelligenda secundum realem distin-
ctionem, sed sufficit secundum rationem formalem
potentie agentis, & patientis, ut tractando de causa
efficiente dictum est.

XXV.

Quartum argumentum ideo proponitur, quia nō
consideratur distinctio inter actionem immanentem
quatenus actio est, vel quatenus est qualitas facta: ite-
rum quia non consideratur aliud esse loqui de actione, ut
actio est, vel ut talis actio est. Actio ergo secundum
communem ac præcisam rationem actionis non po-
tuit, ut sit perfectio agētis, quod solum probat ex-
emplum ibi adductum de calefactione ignis: non ve-
ro repugnat rationi actionis, ut aliqua actio ex sua
propria & specifica ratione sit perfectio agentis. Rur-
sus cum dicitur beatitudo consistere in actione im-
manente, si proprie loquamur, intelligendū est con-
sistere in ipso actu immanente, ut est qualitas infor-
mans ac ultimo perficiens ipsum operans, nam in a-
ctione ut actio est non consistit, nisi præsuppositiue,
& ut in via ad talem perfectionem.

Argumentis secundæ sententiæ satisficit.

XXVI.

Argumenta secundæ sententiæ soluta sunt in su-
perioribus, præsertim primum & secundum. Ad
tertium vero dicitur, satis metaphorice dici poten-
tias vniuersales per actiones immanentes, eo tamē
productas in ipsis potentiis per proprias actiones im-
manentes. Et in vniuersum actio vniuersa nunquam
fit sine productione alienius termini, qui vel forma-
liter sit ipse modus vniuersalis, vel completè & adæqua-
te sit ipsum compositum ex vniuersione resultans, ut ali-
bi latius tractatum est.

SECTIO III.

*Quis respectus, ad principium, vel ad terminum sit
magis essentialis actionis, & unde sumat spe-
cificationem suam.*

I.



Vni ostensum sit, actionem duplicem
respectum includere intrinsecè & es-
sentialiter, videndum consequenter
est, quomodo illi duo respectus in vnâ
& eandem rem simplicem ac per se v-

nam conueniant. Nam videntur inter se specie di-
uerſi, cum res plusquam specie diuersas respiciant:
ergo vel non possunt rationem essentialē actionis
per se vnā componere, vel dicere oportet ab altero
sumi rationem generis, ab altero rationem differe-
ntiæ, ut ita possit rationem per se vnā compone-
re. At vero nulla ratione potest vni respectui tribui
differentiā generica vel specificā, potius quam alteri,
quā actio in genere vtrumque respectum includit,
ad agens in communi, & ad terminum in communi:
actio vero in specie variari potest tum variato termi-
no, tum etiam variato principio agendi.

Hæc quæstio in propriis terminis ferè est ab aucto-
ribus prætermissa, sed illam includunt vel sub com-
muni quæstione de specificatione motus ex termi-
no, quam attingemus dis. sequenti vel sub alia quæ-
stione de specificatione actuum immanentium ex
obiectis, quam supra insinuauimus, cū de qualitate
ageremus. Nihilominus tamen speciem habet dif-
ficultatem, propter peculiarem respectum, quem a-
ctio ut actio dicit ad agens, & propter variā dictā Do-
ctorum, præsertim D. Thomæ. Supponimus autem ex
dictis in superioribus, & ex doctrina D. Tho. 1.2. q. 54.
artic. 2. has entitates vel modos, qui in sua essentia in-
cludunt respectum ad aliquid, ab illo etiam sumere
speciem: non quod ipse terminus aut res extrinsecas,
sit propria differentia, cum hæc debet esse internæ
ac formalissimè in ipsa re, sed quod iuxta diuersitas
tem rei ad quam est habitudo, varietur habitudo
ipsa, & consequenter essentia rei.

Variæ sententiæ proponuntur.

Hoc supposito varii possunt esse modi dicendi in
præsentī difficultate. Primus est actionem sumere
re speciem ex principio agendi, & non ex termino,
per se loquendo. Hæc videtur esse sententiā D. Tho-
mæ, quæ sit one 1. artic. 3. cuius hæc sunt verba. Cum
motus distinguatur per actionem & passionem, vtrumque
eorum ab actu speciem sortitur: actio quidem ab actu qui est
principium agendi, passio vero ab actu qui est terminus mo-
tus. Unde calefactio actio nihil aliud est, quam motus quæ-
dam à calore procedens: calefactio vero passio nihil aliud est
quam motus ad calorem: definitio autem transfigit ratio-
nem speciei. Et ratione probatur hæc sententiā, quia a-
ctio habet tam essentialē habitudinem ad princi-
pium efficiens ut illo variato, necesse sit variari actio
hæc: ergo necesse est, ut ab illo sumat speciem & con-
trario vero non ita pendet ex termino, ut hoc essen-
tialiter variato necesse sit actionem essentialiter vari-
ari: creatio enim calis & terræ, eisdem speciei est,
etiam si res ipsæ creatæ specie differant. Et confirmat-
ur primo, nam actiones vitales differunt à non vita-
libus ex principio actiuo, scilicet, quia procedunt à
principio intrinsecō & vitali. Et rursus actiones vi-
tales differunt inter se ex obiectis, quatenus sunt
principia actiua earum, ut supra dixit D. Thomas: ergo
in vniuersum actiones distinguuntur ex princi-
pio. Confirmatur secundo, quia motus ut motus, vel
ut passio seu mutatio generatim supra sumit speciem
à termino: ergo actio ut actio non potest inde sume-
re speciem: nam cum sint res diuersorum prædica-
mentorum, non possunt habere idem specificationis
principium.

Secundus modus dicendi est actionem sumere spe-
ciem ex termino, & non ex principio agendi. Sumi-
turque ex D. Tho. quæst. 6. de potent. art. 8. vbi ait, Pro-
prie actio, sicut & motus à termino speciem habet, à princi-
pio autem habet proprie quod sit naturalis. Idem videntur
sentire omnes philosophi, cum loquuntur de spe-
cificatione motus ex termino, nam sub motu actio-
nem & passionem includunt. Ratione etiam præbatur
quia si actio nō sumeret specificationē suam à termi-
no sed à principio agendi, omnes actiones proceden-
tes ab eodem principio, essent eiusdem speciei, etiam si
ad di-